



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

LII. Bischof Heinrich von Brandenburg verordnet, daß der Nachlaß der Capelläne bei der heil. Geist-Capelle zu Brietzen dieser Capelle verbleiben soll, am 25. Mai 1390.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](#)

**LII.** Bischof Heinrich von Brandenburg verordnet, daß der Nachlaß der Capellane bei der heil. Geist-Capelle zu Briezen dieser Capelle verbleiben soll, am 25. Mai 1390.

Heinricus, Dei et apostolice sedis gratia Episcopus Brand. ad univerorum tam presen-  
tium quam futurorum notitiam volumus devenire, quod ex justa et pia supplicatione Johann Zlencige  
et Jacobi Richter proconsulum et consulum et nomine consulatus et totius communitatis oppidi Bryzen  
nostre dyocesios providorum atque discreti Jacobi ebelz rectoris perpetui Capelle sancti spiritus in dicto  
opido Bricen et justis eorum desideriis annuentes auctoritate nostra ordinaria tenore presencium disponimus  
atque ordinamus atque irrevocabiliter statuimus perpetuis temporibus duraturum, quod omnia et singula  
bona prefencia et futura et undecunque prefato Jacobo rectori et cuiilibet ejus successori dicte Ca-  
pelle canonice instituto atque ipsi capelle sive per industram dicti Jacobi seu cuiuslibet ejus successoris  
seu largitione fidelium ex successione seu institutione hereditaria et aliter obvenientia post decepsum  
vel cessum ipsorum rectorum apud ipsam Capellam et eorundem decedencium vel cedencium successores  
sive diminutione aliqua debent remanere, usufructu tamen et dispositione eorundem bonorum apud pre-  
fatum Jacobum Rectorem et quemlibet ejus successorem plene remanente. In quorum omnium et fin-  
golorum testimonium presentes litteras nostri secreti munimine duximus roborandas. Datum Seyefere  
anno Domini M. CCC. nonagesimo, feria tertia post festum Pentecostes gloriosum.

---

**LIII.** Markgraf Jobst genehmigt die Errichtung der mitten in der Stadt Briezen gelegenen  
Capelle des heiligen Blutes, am 7. Mai 1392.

Jodocus, Dei Gratia Marchio et dominus Moravie — quia fideles nostri subditi, Ju-  
rati et Communitas civitatis in Brizen Capellam in medio civitatis ibidem in honore sacrofani sanguinis Christi et sancte Catharine virginis intendunt erigere et Capellam, qui perpetuis temporibus  
missam in eadem capella juxta ipsorum dispositionem celebrare debeat instaurare ac eidem Capellano  
de anno censu perpetuo tres sexagenas grossorum Pragenium providere, supplicantes nobis instanter,  
ut hujus modi eorum propositum salubre admittere et nostrum consensem ad hoc dare deberemus. Nos  
igitur qui justas et rationabiles petitiones nostrorum fidelium tenemur exaudire, animo deliberato ac de  
certa nostra scientia propter bonum statum predicte civitatis in Brizen et communitatis ibidem ad-  
misimus et consensimus, ut predicti cives in Brizen predictam Capellam in medio civitatis ibidem in  
honore sacratissimi sanguinis Christi et sancte Catharine Virginis et Martiris valeant erigere, in eadem  
Capella Capellam perpetuum habere ac pro eodem Capellano tres sexagenas grossorum annui et  
perpetui census in bonis hereditariis aut aliis quibuscumque bonis, absque detimento feudi etiam compa-  
rare, liberum dantes predictis civibus in Brizen, ut ad dictam Capellam sic erectam et dotatam pro  
hac vice eo amplius in perpetuum, quoties eandem Capellam vacare contigerit, possint et debeant ali-  
quem sacerdotem pro ipsorum voluntate presentare, per Reverendum in Christo patrem Dominum Epi-  
scopum Brandenburgensem, qui pro tempore fuerit aut ipsius vicarium in spiritualibus generalem con-  
firmandum, sic quod predicti cives in Brizen habeant plenam potestatem cum dicta Capella dispo-  
nendi eo modo ut prefertur et pro ut ipsis et communitati ibidem videbitur expedire. Presentium sub-